



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 31. Alia Concilia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

per die jejunabunt, Ecclesiam sæpe adi- Sæculum VI.  
 bunt, in loco Pœnitentium consistent, & A. C. 517.  
 inter Catechumenos exhibunt. Si mur-  
 murent, Pœnitentiam peragent, quam  
 antiqui Canones præscripserunt. Homi-  
 cidæ, qui pœnarum Civilium rigorem ef-  
 fugerint, implebunt Pœnitentiam, quam Conc. Ans.  
 Concilium Ancyranum decrevit. Hæc c. 22. 23.  
 saltem annis septem peragi debebat. Qui  
 mancipium suum occiderit absque Judi- Sup. lib. X.  
 cis Ministerio, excommunicatus erit duo- §. 16.  
 bus annis. Qui Nuptiis incestis se pol-  
 luerint, non recipiantur ad Pœniten- Conc. Epao.  
 tiam, nisi separentur. Matrimonia au- 34. c. 30.  
 tem incesta declarantur, si quis contraxe-  
 rit cum Sorore consanguinea vel uteri-  
 na, cum Noverca, cum Privigna, cum  
 Vidua Patruï vel Avunculi, si quis duxe- c. 31.  
 rit Patruëlem, vel ex Patruële genitam. c. 27.  
 Vidua Presbyteri, vel Diaconi ad secun-  
 das Nuptias non admittatur. In singu-  
 lis Provinciis Officium Divinum celebra- c. 35. p. 07  
 bitur illo Ritu, quem Ecclesia Metropoli-  
 tana sequitur. Cives nobiles noctem  
 Paschalem, & Natalem Domini in illo lo-  
 co celebrabunt, ubi Episcopus fuerit, ut  
 ipsius Benedictionem accipiant. Hi Con-  
 cilia Epaunensis præcipui Canones sunt.

§. XXXI.

*Alia Concilia.*

Episcopi undecim, omnes ex illorum  
 U 2 nume-

Sæculum V. numero, qui Epaunensi Concilio in-  
A.C. 517. terfuerant, sub idem tempus Lugduni

To. 4. Conc.  
p. 1584.

6. 2.

aliud Concilium celebrarunt, cui incestus  
 commissus a Viro nomine Stephano, &  
 Muliere nomine Palladia occasionem de-  
 dit. Potentes fuisse hos peccatores in-  
 de conjicere est, quod Episcopi decla-  
 rent; si futurum sit, ut aliquis eorum  
 ob eam causam persecutionem patiatur,

6. 3.

ceteros in malorum societatem venturos,  
 & si rerum jacturam fecerit, quoad po-  
 tuerint, reparaturos. His addunt, si Rex  
 ab ipsorum Communionem diutius absti-  
 neat, ad Monasteria se se recepturos, unde  
 nullus egrediatur, priusquam omnes Pa-  
 cem obtinuissent. Interim nullus Eccle-

6. 4. 5. 6.

siam alterius temere invadat, aut ipso  
 absente Sacra peragat, quod si quis fecis-  
 set, debitas in Concilio pœnas esse subi-  
 turum. Hæc statuta indicant, quanta  
 Episcopi a Regibus Barbaris licet Catho-  
 licis tolerare coacti fuerint.

80. 4. p. 1562.

Eodem tempore duo Concilia in Hi-  
 spania celebrata, unum Tarracone, & al-  
 terum Gerundæ in eadem Provincia.  
 Concilium Tarraconense actum est anno  
 sexto Regni Theodorici, Petro Consule  
 id est anno 516. sexta Nov. nam Rex  
 Theodoricus in Hispania quoque tan-  
 quam Amalarici Nepotis sui Tutor reg-  
 nabat. In hoc Concilio adfuere Episco-  
 pi decem, quorum Præses erat Joannes  
 Tarra-

Tarraconensis Metropolita. Inter ceteros magis memoria dignus est Orontius, seu Orentius Episcopus Illiberitanus, quem Auctorem cujusdam Admonitionis ad Fideles versibus Elegiacis editæ putant. Canones hujus Concilii habemus triginta. Inter alia præcipitur, ne Episcopi a Conciliis absint, nisi morbus prohibeat. Episcopus, qui in Metropoli ordinatus non fuit, intra duos Menses Metropolitam accedat, & ipsius Mandata recipiat. Metropolita non solum Presbyteros Cathedralis, sed etiam Rurales & aliquos Sæculares ad Concilium convocet. Mihi videtur, quod hoc de illo Concilio tantum sit intelligendum, de quo in Canone præcedente agitur, quodque in ordinatione Episcopi convocari solebat. Episcopi aut Clerici Actus Judiciales die Dominica nunquam exercent, & nunquam in Causa criminali. Nullum Salarium accipiant, si procuraverint, ut jus suum cuiquam redditum fuerit. Si pecunias mutuas dent, non petant usuras, (\*) non emant vilissimo pretio, non nimis caro vendant. In Ecclesiis Ruralibus Presbyteri & Diaconi vicibus suis una Septimana ministrabunt, ita ut ibi singulis diebus Vesperæ, & Matutini

U 3                      agan-

Sæculum VI  
A.C. 517.

c. 13.

c. 13.

c. 10.

c. 3.

c. 2.

(\*) Istud inter omnes Christianos Charitas (paucis casibus exceptis) exigere videtur.

**Sæculum V.** agantur, nempe preces vespertinæ, &  
**A. C. 517.** matutinæ. Omnes autem cujuslibet Ec-  
 clesiæ Clerici Sabbato vespere præparent  
 se ad Officium Diei Dominicæ. **Episco-**  
**c. 8.** pus singulis annis visitabit Ecclesias Ru-  
 rales, atque ex omnium fructuum parte  
 tertia, quam capit, facta tecta servabit.  
**c. II.** Monachi, qui e suo Monasterio excesserint,  
 nullas functiones Ecclesiasticas per-  
 agent, & Causam sæcularem nunquam  
 movebunt. In primo quoque Canone  
 hujus Concilii Monachorum mentio oc-  
 currit, atque tam ex uno, quam ex altero  
 loco constat, jam tunc in Hispania Mo-  
 nasteria sub Regimine Abbatum extitisse.  
 Antiquissimum omnium, quod novimus,  
 est Monasterium Asanense in Arragonia,  
 ad Cingam amnem positum. Hoc Mo-  
 nasterium fundavit S. Victorianus in illa  
 Regione natus, qui ab unguiculis Pietatis  
 amantissimus, ubi ad maturam pervenit  
 ætatem, etiam aliorum Saluti studuit.  
 Annis sexaginta Abbas fuit. Id maxime  
 discimus ex ipsius Epitaphio, quod For-  
 tunatus composuit.

*Att. SS. Be-  
ned. tom. I.*

**To. 4. Conc.** Concilium Gerundanum celebratum  
**p. 1567.** est anno sequente 517. cum in Hispania  
 numeraretur annus 555. huic quoque præ-  
 fuit Joannes Tarraconensis. Illorum et-  
 iam Episcoporum Pars, qui in priore Con-  
 cilio interfuit, advenit, & universim Epis-  
 copi septem. Decem Canones conditi.

Sta-

tuitur sicut in Concilio Epaunensi, ut to-  
 ta Provincia in Missis, & Officio Divino  
 Riturum Ecclesiæ Metropolitanæ sequere-  
 tur, atque quotidie post Matutinos, &  
 Vesperas Presbyter Orationem Domi-  
 nicalem pronunciaret. (\*) Duæ Litanix  
 seu trium dierum Rogationes Diebus Jo-  
 vis, Veneris & Sabbati cum abstinentia  
 carnis & vini præcipiuntur. Prima in  
 Septimana post Pentecosten, & secunda  
 die prima Jovis in Mense Nov. Qui ha-  
 bentes uxorem ordinati sunt ab Episcopo  
 usque ad Subdiaconum, separati ab uxo-  
 re habitent, aut si in diversis ædibus non  
 sint, habeant unum ex Confratribus suis  
 contubernalem, vitæ suæ testem. Qui  
 in Cælibatu ordinati fuere, non habeant  
 fæminas, quæ rei familiaris curam gerant,  
 nisi forte Matrem, (\*\*\*) aut Sororem. Jo-  
 annes Episcopus Tarraconensis Hormis-  
 dam Papam rogavit, ut omnibus univer-  
 sim Episcopis Hispaniæ mandata mitteret  
 ad observandam Disciplinam. Misit Pa-  
 pa Epistolam, in qua hortatur, ut Epis-  
 copos juxta præcepta Canonum ordina-

Sæculum V.  
 A.C. 517.

Concilium  
 Gerunda-

c. 2. 3.

c. 6.

c. 7.

Ep. 25.

U 4 rent.

(\*) Idem in sua S. Regula S. P. N. Benedictus  
 statuit.  
 (\*\*\*) Utinam Salutiferæ hujus Decreti in anti-  
 quis Conciliis recentioribusque toties repetiti ho-  
 dieque major ratio haberetur. Nulla alia Patrum  
 Constitutio sæpius occurrit, & nulla minus serva-  
 tur.

XI.  
 e, &  
 et Ec  
 arent  
 bisco  
 Ru.  
 parte  
 abilit.  
 esse-  
 per-  
 quam  
 none  
 o oc-  
 alte-  
 Mo-  
 tisse.  
 mus,  
 onia,  
 Mo-  
 illa  
 etatis  
 venit  
 duit.  
 xime  
 For-  
 atum  
 pania  
 præ-  
 n et-  
 Con-  
 epis-  
 diti.  
 Sta-

Sæculum V. rent. Simoniam horrerent. Nullum tamen  
 A.C. 517. midi ordinarent, cujus Electio Simonice  
 labe forderet. Tandem ut Concilia saltem  
 semel in anno agerent. Huic Epistolæ Papa  
 addidit aliam, privatim ad Joannem directam;  
 laudat viri zelum, eumque suum in Hispania  
 Vicarium salvis tamen Metropolitanarum  
 Privilegiis constituit. Hæ duæ Epistolæ secunda  
 Aprilis 517. Agapito Consule datæ, & Concilio  
 Gerundano priores esse videntur, nam Joannes  
 Tarraconensis in Italia erat, quando Litteras  
 ad Papam dedit. Papa etiam in Bœtica, & Lusitania  
 Vicarium sibi constituit Salustium Episcopum  
 Hispalensem, dans ipsi Potestatem illarum  
 Provinciarum Episcopos ad Synodum convocandi,  
 ubi necessarium videretur, & Causas  
 judicandi eo onere, ut Acta deinde ad  
 Summum Pontificem referret. (\*)

*Ep. 26.*

§. XXXII.

*Epistolæ Monachorum ex Syria ad Papam.*

To. 4. Conc. p. 1461. **I**nter hæc Hormisdas Papa missum ab  
 Archimandritis & Monachis Syriæ Secundæ  
 accepit libellum supplicem, in quo de

(\*) Inde apparet, quanta SS. Pontificis illa ætate Auctoritas fuerit in Hispania, & Lusitania.